

Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.

Wersja sandomierska

Rękopis Biblioteki Narodowej BOZ 90, k. 62v–63

Odczyt: Maciej Mikuła

Artykuł 85

[85] De bonorum arrestacione seu equorum. Capitulum Lxxxv

Si vir aliqua bona, pannos vel quitquid suarum rerum, quod sibi subtractum vel raptum fuerit, arrestaverit, ad hoc se unica manu trahere debet et iurare debet tacto sacramento, quod tunc suum fuit et nunc suum sit, cum sibi subtractum seu raptum fuerit. Sin autem equus [fuerit], quem vir alloquitur, quod sibi subtractus sit aut spoliatus, ad hoc se trahere debet, cum suo dextro pede calcare debet equo super pedem anteriorem, et si sinistra manu equum capere per dextrem /s/ aurem, et petere /k. 63/ reliquias et prolocutorem. Et iurabit equo tacto sacramento super caput, quod tunc suus fuit et nunc suus sit, cum sibi subtractus aut eo depredatus fuerit. Et tunc ille ad suum trahat venditorem et ipsum iurare opportet super sanctos, quod trahat se cum equo ad verum venditorem, ibi eum sequi opportet, nisi trans Mare Aquilonis. Sin autem dicit, quod equum emerit in foro libero et venditorem habere non possit, tunc equum amittit et argentum pro eo datum, et non amittit penam aliquam.

[hasła: skarga, przysięga, konfiskata, koń, kradzież, sprzedawca, srebro, kara]